

P R Æ F A T I O.

קדקדק *Subtilitatem* nuncuparunt. Etenim subtilioris cujusdam solertiae esse, & quidem haut immeritò, arbitrati sunt, cum Literas & Puncta, tum ipsarum vocum naturam, originem & inflexiones exactiùs perpendisse, ac vulgò commonstrare posse: perinde ut Latini, Suetonio teste, illud acutè scienterque dicere aut scribere Grammaticorum esse censuerunt. Magnam in isto genere subtilitatis operam posuerunt omnium ætatum Grammatici Hebræi: quamvis non idem omnes institutum sint secuti. Primi quidem, eorumque antesignani Masorethæ, literas numerare, puncta vocalium & accentuum observare, convenientias vocabulorum eorumve differentias ac variam scripturam añotare sat habuerunt: qui labor nihilominus eam Subtilitatis famam apud posteros nonnullos